

MANVDVCTIO AD PRAXIM

Executionis Literarum Sacræ
Pœnitentiariæ.

OPERA

R. P. TIBVRTII NAVAR

Ordinis S. Francisci Recollectorum
Aquitaniæ in Gallia

Olim Pœnitentiarij in Basilica Lateranensi.

Typis demandata in commodum Episcoporum, & Superiorum
Regularium, Pœnitentiariorum, ac Confessorum,
Pœnitentiumque vtilitatem


*Quoad Absolutiones, Dispensationes, Rehabilitationes,
Votorum commutationes &c. impertiendas.*

Addito etiam modo scribendi, & recurrenti ad Sacram
Pœnitentiariam in casibus Sanctæ Sedi
reservatis præsertim occultis,

*Et Constitutio super facultatibus Maioris Pœnitentiarij, ac Decretum,
quo prohibetur omnibus Confessarijs, etiam Pœnitentiarijs
absolvere in casibus in eodem Decreto descriptis.*

Accedit in fine

DILUCIDATIO FACVLTATVM Minorum Pœnitentiariorum
Basilicarum Urbis, & Praxis executionum ad Literas,
& Rescripta Sacræ Pœnitentiariæ.



ROMÆ, Typis Reuerendæ Cameræ Apostolicæ 1714.

Superiorum permisso, & Prinilegio,



EX Commissione Reuerendissimi P. Generalis totius Ordinis Minorum S.P.N. Francisci, infra scriptus accuratè legi, & qua potui diligentia non sine gustu relegi Librum, cui titulus est: *Manuductio ad Praxim executionis litterarum Sacrae Pœnitentiariæ, Authore R. P. Tiburtio Nauar eiusdem Ordinis, ac Prouinciæ Immaculatae Conceptionis Deiparæ Recollectorum in Gallia, Concionatore, Theologiæ Lectore, ac olim in Basilica Lateranensi Pœnitentiario Apostolico: In quo nihil non dignum expectatione communi, aut quod Fidei Catholicæ, ac bonis moribus aduersetur reperi: habet enim in omnibus doctrinam sanam, & in ea modum, aut methodum facilem, non tam nitore sermonis, quàm integritate veritatis ex Sacrorum Canonum, ac Conciliorum Decretis ac denique ex aliorum probatissimorum Authorem intimis prouentibus depromptam, qua per multos errores, qui aut incuria, aut ignorantia irrepere possent, solidè detegit, ac omnes maximè tamen Animarum Curatores, quorum præcipuè interest, eruditè instruit, ac ad Praxim executionis Litterarum Sacrae Pœnitentiariæ suauitèr induxit, varios quoque abusus humilitèr corrigit, non ignorans illud Tertuliani lib. de Veland. Virginij: *Veritati nemo præscribere potest, non spectantium temporum, non patrocina personarum, non priuilegium Regionum.* Hinc opus hoc, & prælo, & luci dignum, ac omnibus præcipuè Animarum curam habentibus, utilissimum fore iudico, ac saluo meliori, censeo. In hoc nostro Conuentu Aracclitano, die decima quinta Martij 1688.*

F. Didacus de Escayena.

MAnuductionem ad Praxim Executionis litterarum Sacrae Pœnitentiariæ, labore R. P. Tiburtij Nauar Ordinis N. S. Francisci Prouinciæ Immaculatae Conceptionis Deiparæ in Gallia recollecti, Concionatoris, Theologiæ Lectoris, & olim in Basilica Lateranensi Pœnitentiarij Apostolici elaboratam, & mandato Reuerendissimi Patris Generalis, qua potui vigilantia volui, voluptate legi, & utilioris doctrinæ audius perlegi, Opus sanè suo Authore dignum, imò, & dignissimum, & vsque ad sæculi finem splendor eius, luxque super Candelabrum ad instar Solis in Ecclesia perueniat, ad illuminandum omnem hominem, quauis Iurisdictione circa forum conscientia pollentem, vt possit agenda videre, & adimplenda quæ viderit, tuto procedere, utilissimum enim, & necessarium, apparet ad percrebros errores, qui respectu eiusdem fori sunt corrigendos, ad Sacramentum Pœnitentiæ, aliaque ei annexa rectius administranda, & ad Animarum varijs censuris, irregularitatibus, votis &c. irregularum grauamina subleuanda, doctrinam sanam,

MANVDUCTIO AD PRAXIM

Executionis Litterarum Sacrae Pœnitentiariæ.

CAPVT PRIMVM

Modus legendi Litteras Sacrae Pœnitentiariæ.



Difficultas (a) in legendis Sacrae Pœnitentiariæ Rescriptis, Litteris, seu Breuibus dupliciter contingit, vel ratione characteris Gothici, seu Bullatici, quod in ijs adhibetur, vel propter breuiaturas, quarum in ijsdem est vsus.

a Breuium legendorum difficultas duplex.

Ad tollendam primam (b) difficultatem subministrantur hæc tres formæ Commissionum cum clausulis generalibus, quæ ferè in cunctis individualibus, seu particularibus Breuibus continentur, & ideo facilem ad alia legenda aditum dabunt.

b Prima quomodo tollatur.

Ad secundam verò (c) difficultatem superandam subijcietur per ordinem Alphabeticum Catalogus vocum abbreviari solitarum, cum significatis earum, seu cum vocibus integris, quibus breuiaturæ substitui solent.

c Secunda etiam quomodo.

De formis Commissionum.

HÆ (d) Commissiones solent dirigi iuxta diuersitatem materiarum, vel Ordinarijs, sub quo etiam nomine veniunt Prælati Regulares respectu suorum subditorum, vel alijs Confessoribus.

d Commissiones ad quos dirigantur.

Si dirigatur (e) Ordinarijs locorum, seu Episcopis sic inscribitur foris

e Directæ Episcopis quomodo foris inscribantur.

Venerabili in Christo Patri Episcopo, seu Archiepiscopo, seu Patriarchæ NN. siue eius Vicario in spiritualibus Generali.

Intus verò sic incipiunt

Et quomodo intus.

Venerabili in Christo Patri Episcopo N. siue eius Vicario in spiritualibus Generali.

Fabritius miseratione Diuina Tit. SS. Ioannis, & Pauli S.R.E. Presbyter Card. Paulutius, salutem, & sinceram in Domino charitatem.

DILVCIATIO FACVLTATVM

Minorum Pœnitentiariorum
BASILICARVM VRBIS,
ET PRAXIS EXECVTIONVM

Ad Litteras, & Rescripta
SACRÆ POENITENTIARIÆ,
CVM INSTRVCTIONE

Pœnitentiariorum Ordinariorum, & Extraordinariorum

Præsertim pro futuro

ANNO IVBILEI.
SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO
INNOCENTIO XII.
PONT. MAX.

DICATA, ET ELABORATA

A P. STROPLACENTINO
Ordinis Minor. Strict. Obseru. Prouinciæ Bononiæ Lect. Emer.
& Sanct. Suae in Sacros. Lateranen. Basilica Min. Pœnit.

In lucem edita, ad commodum etiam Episcoporum, Superiorum Reli-
gionum, Parochorum, Confessariorum, omniumque Curam Ani-
marum habentium, ad vtilitatem quoque ipsorum Pœnitentium.

Additis etiam in fine

ADMONITIONIBVS D. GREGORII PAPÆ

*In compendium redactis ad exhortandos Pœnitentes,
iuxta singulorum qualitatem adaptatis.*



ROMÆ, Typis Reuerendæ Cam. Apost. MDCIC. Superiorum Licentiæ

SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO
INNOCENTIO XII.
PONT. MAX.

*Fr. Syrus Placentinus Ordinis Minorum
Strictioris Observantia.
Felicitem.*



Hoc Opus ad instructionem Pœnitentiariorum compositum, BEATSSIME PATER, non vna quidem, sed multiplici Cauſa, Nomen SANCTITATIS TVÆ in fronte promeretur: Partus enim eſt illius Paternæ Charitatis, qua SANCTITAS TVA omnibus omnia facta, omnium ſaluti inuigilans, omnium etiam neceſſitatibus ſemper intendit; quæ, vt proximo præfertim Iubilei Anno, ſecurius, vberiùſque Theſauros ſuos profundere valeat ad Salutem Animarum, laborem hunc mente concepit, deſiderio nutriuit, & mandato in lucem edidit; Apoſtolicam illam Pietatem ſimul demonſtrans, qua totis viſceribus ſemper exoptat Peccatores ad Pœnitentiam, Indigentes ad remedia, Nocentesque ad Innocentiam, dum & proprios Pœnitentia-

De Pœnitentiario Domini Papæ.

Quæstiones Preambulares.



NTE QUAM de Ministerio Minoris Pœnitentiarij aliquid in indiuiduo proponatur, opere prætium erit, quædam in communi restrictè, & per transitum præmittere ad maiorem subsequentium intelligentiam: Clariiores enim, ac veriores redduntur sermones nostri, cum ab vniuersalibus prius cognitis, ad particularia descendimus, iuxta monitum Philosophi primo Physicorum, communia sunt particularibus præmittenda, quod cum in scriptis Doctorum præ lege obseruatum conspiciatur, mirum non erit, si, & in præsentis restrictu, ad exemplum maiorum præ regula habeatur, prout in sequentibus Quæstionibus breuiter adimplebitur.

De Origine Pœnitentiarij.

An in primæua Ecclesia fuerint Pœnitentiarij.

QVÆSTIO PRIMA.

NON quæritur hic de Pœnitentiario largè sumpto, prout hoc nomen cuilibet simplici Confessario competere potest, à Sacramento Pœnitentiæ, quod administrat, sed strictè capto, scilicèt, præ Confessario, qui in loco publico expositus, recipit Confessiones Pœnitentium, qui maioribus flagitijs publicis, aut priuatis innodati, ab alijs Confessarijs absolui non possunt, pœnitentiam pro modo culpæ eisdem imponendo, vt ex *Trid. sess. 24. cap. 8. de reform.* Qui etiam distinguitur in Episcopalem, & Apostolicam à facultate eisdem concessa, & à concedente facultatem; Nam si ab Episcopo sit destinatus ad absoluendum à casibus sibi proprijs, & reseruatis, Pœnitentiarius Episcopalis nuncupatur; Si verò deputetur à

A

Ponti-

ADMONITIONES

DESUMPTÆ

Ex Tertia Parte Pastoralis D. Gregorij Papæ,
 & hic summatim positæ ad maiorem Pœ-
 nitentiarij instructionem, cum non minùs
 pro Pastoralis in docendo Subditos, quàm
 pro Virga Pœnitentiali in admonendo Pœ-
 nitentes inferuire valeant.

PROLOGVS.

QUIA par morum qualitas non cunctos astringit, nec
 vna, eademque exhortatio cunctis congruit, vt lon-
 gè ante nos reuerendæ mem. Gregorius Nazianze-
 nus edocuit, inquit S. Pontifex: - Sæpè namque alijs
 officiant, quæ alijs profunt; quia & plerumque herbæ, quæ
 hæc animalia nutriunt, alia occidunt; & lenis sibilus Equos
 mitigat, Catulos instigat; & medicamentum, quod hunc mor-
 bum imminuit, alteri Vires iungit; & panis, qui vitam fortium
 roborat, paruulorum necat: Pro qualitate igitur Audientium
 formari debet sermo Doctorû, vt & ad sua singulis congruat,
 & tamen a communis ædificationis arte nunquàm recedat.
 Quid enim sunt intentæ mentes Auditorum, nisi, vt ita di-
 xerim, quædam in Cithara tensiones stratae chordarum, ?
 quas tangendi Artifex, vt non sibi met ipsi dissimile canticum
 faciant, dissimilitèr pulsat.

Et idcirco chordæ consonam modulationem reddunt, quia
 vno quidem plectro, sed non vno impulso feriuntur. Vnde
 & Doctor quisque, vt in vna cunctos virtute Charitatis ædifi-
 cet, ex vna doctrina, non vna, eademque exhortatione corda